



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Conclv: X. Indocte & male faciunt sacerdotes ij/ qui morituris poenitencias  
Canonicas in purgatorium reseruant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32315**

¶ CONCLV: X.

Indo, & male faciunt sacerdotes ij / qui mortu-  
ris pœnitencias Canonicas in purgatorium refer-  
uant.

¶ Et hæc quoq; corollariū manifestū est conclusionis viij.  
Et certe sunt nonnulli / qui mirent, si hæc sint a sacerdotib;  
At utiq; sunt / Cū vero id sit / plus obedientiam Canonum q̄  
obediētā vocāis deiponderare, & vtiliora Canonū opa præ-  
ferre, p̄o p̄ciosissime mortis christianorū, Nescio si illi rectæ  
fidei regulā teneant, qui tali imbuti sunt opinione.

¶ Secūdo / id notū est / & insignibus authoribus celebre in  
Ecclesia, si quem deus hominē in medijs ip̄s operibus obedi-  
ent & castitæ ad extasim raperet, vel singularem illumina-  
tionem, teneat homo tū opus intermittere, & obedientiam  
ecclesie relinquere, & deo obsequi magis q̄ hominib;: Immo  
dicitur in ip̄s horis canonicis attentionem verborum debere  
omitti contra p̄ceptū ecclesie, si qua arriserit celestis illustratio  
& affectio. Si ergo in ijs vocationibus seruiantur leges eccle-  
siae, quō non seruiantur in vocatione & extasitam magna, sed  
mortis: Nisi forte stultorū sequi oportet multitudinē, qui in  
operibus suis cœremonialibus ita herent, vt manifestā obedi-  
entiā dei & hominū p̄pter illa sepius postponāt, & recte sibi fecer-  
isse videantur, si illa t̄m, cetera vero nūq; fecerint.

¶ Tercio, Esset sane ecclia tum satis impia in deum, si scz est  
in suo foro retineret inferiori, quē deus iam ad suum tribunal  
sup̄mum vocat, Aut q̄n patitur Sūmus Pontifex, reum, te-  
nere lege, iurisq; fori inferioris Episcopi aut prelati, postq̄  
vocatus est suo foro sisti: an ip̄e id a suis inferioribus requirit,  
q̄ ip̄e homo / suo deo superiori non permittit: Claudic ergo  
manū dei homo, & h̄c non p̄t claudere homini: Absit.  
At certe si mortuorum imponit Canones, clarū est q̄ eū sc̄m  
suum forum, & dicat & punit. Hæc sunt itaq; ferme viginti  
rationes quæ me mouerunt ( vt spero ) non temere dubitare  
de materia illa canonicarū pœnarum / cū in contrariā partem  
nulla sit auctoritas, nec Canon, nec ratio, nec vniuersalis vsus  
ecclesie, sed abusus quorundā tantūmodo.

¶ CON: XI.